

SUMMARIUM.

- 1 Beneficium non potest quis renunciare, nisi in manu sui prelati. 3. 4. 8. 14.
- 2 Collatio beneficiorum in ecclesia non patronata spectat ad Episcopum & capitulum.
- 3 Licentia sine consensu sufficit quod petatur, licet non obtineatur.
- 4 Religiosus transiens ad aliam religionem, an debeat petere licentiam a superiore. 7. 10.
- 5 Consilium ponitur aliquando pro consensu.
- 6 Rectores hospitalium non possunt renunciare administrationem sine auctoritate Episcopi.
- 7 Clericus electus ad aliud beneficium, non tenetur ad hanc electionem acceptandam requirere consensum sui prelati. vide inf. nu. 13.
- 8 Religiosus primum an vacet statim quod quis adeptus est secundum.
- 9 Eligi, vel postulari qui debeant.
- 10 Papa potest tollere ius tertii & compellere aliquem sine causa.
- 11 Cetera & supra dicta, vide infra in l. do. Ant. in isto. c.

CAP. IIII.

- A**dmonet. Beneficiatus absque licentia sui prelati beneficio renunciare non potest. h. d. Et primo ponit prohibitionem. Secundo contrafacientes puniri precipit. Secunda ibi, quod si quis. Casus literalis. Nullus auctoritate sua audeat intrare ecclesiam, vel eam dimittere sine auctoritate sui superioris, & qui contrafecerit puniri debet.
- 2 Ber. f. Not. primo q. de iure communi ius conferendi beneficia videtur spectare ad Episcopum quod est verum in ecclesia non patronata, vel collegiata, de quo plene no. in ca. cum ecclesia vulturana, de elec. Si autem esset beneficium, in ecclesia cathedrali, videretur quod spectat ad Episcopum & capitulum, & similiter in alia inferiori collegiata videtur spectare ad prelatum & capitulum, de quo plene in preal. c. cu. ecclesia. ubi autem beneficium est patronatum, ius presentandi spectat ad patronum, & ius instituendi presentatum spectat ad Episcopum, de inf. c. 1. & 2. lib. 6. f. Item not. quod absq. auctoritate illius ad quem spectat collatio quis non potest beneficium recipere. Item no. q. beneficiati non possunt dimittere beneficia, vel illis renunciare absque auctoritate Episcopi. & sic videtur q. non sufficiat auctoritas inferioris, quod videtur intelligendum, nisi ad inferiorem prelatum spectaret collatio beneficii, ut rigitur hic
 - 4 gl. 2. f. Item not. quod videtur sufficere consulere Episcopum ad hoc, ut quis possit dimittere beneficium, quod videtur, contra id quod habetur in c. quod in dubiis, supra cod. ubi patet, quod non sufficit petere consilium in renunciatione beneficii, imo exigitur consensus, dic quod hic accipi debet consilium pro consensu, per illum tex. & facit quod habetur in simili, infra de off. deleg. c. venerabili. quod est intelligendum nisi beneficiatus peteret licentiam licet non obtineret, infra de regula. c. licet. secundum Host. quod est notandum, quia per hoc habes ampliationem ad dictam decr. licet. n. sicut de latiori religione ad strictionem potest transiri licentia petita, licet non obtenta, ita etiam poterit de ecclesia seculari transiri ad religionem licentia petita, licet non obtenta, quod est notandum secundum D. Ant. Sed certe glo. 2. in verb. Ad religionem. videtur velle, q. clericus secularis, possit transire ad religionem, etiam nulla licentia petita, quod ideo facit, quia religiosus habet magis ligatam voluntatem quam clericus secularis. de electio. c. nullus. lib. 6. & ideo videtur, quod facilius transire possit clericus secularis quam religiosus. Tutius tamen est ad opinionem vitadam petere licentiam saltem in clerico seculari. f. Et ex predictis etiam no. consilium capituli poni quasi pro consensu, licet, de proprio significato differant, ut colligitur ex his, quae habentur in c. cum olim, infra de arbit. In gli. in fi. & hac potest dici canonica, de qua in litera, vel potest intelligi quod erit poena arbitraria ex quo de illa hic non exprimitur. facit quod habetur, infra de officio deleg. ca. de causis. f. An autem quod hic dicitur in beneficiis habeat locum in hospitalibus, ut non possit quis accipere administrationem hospitalis sine auctoritate Episcopi, vel illam acceptam dimittere, dic quod sic, quia illa etiam sunt sub dispositione Episcopi, inf. de relig. do. c. de Xenodochiis. etiam si per laicos habeant administrari. c. 18. q. 2. c. quidam. & facit quod habetur in clem. quia contingit. de relig. do. ubi etiam plene habes, qui possunt esse rectores hospitalium. In glof. 2. ibi, idem est in clericis, &c. & sic vult glo. quod si collatio beneficii non spectat ad Episcopum, sed ad inferiorem prelatum, non poterit dare licentiam cedendi, sed inferior prelatum, ad quem spectabit ius conferendi, vel instituendi rectorem

in ipso beneficio. Et pro hoc facit tex. iste, dum dicit, quod ordinationem tuam &c. Idem etiam not. glof. in c. Episcopus, de loco alle. hic in prin. Et no. etiam per glo. in clem. cum illud. de renun. refert tamen ibi glo. opin. Iam. quam ponit in d. c. quod in dubiis. ubi dicitur quid sit tenendum.

- 7 Not. etiam glo. in d. c. Episcopus de loco. in prin. an clericus nolens transire de minori ad maiorem possit cogi ab Episcopo suo. Nam videtur, quod non, cum nemo cogatur credere inuitus. 74. dist. in c. gesta. De quo dicendum est, vt no. in d. ca. Episcopus de loco. per gl. & Arch. facit etiam quod habetur in c. fi. supra de posthu. prela. cum ibi not. f. Qualis autem exigatur consensus, ut clericus possit dimittere ecclesiam. dic q. si transit ad ecclesiam aliam eiusdem dioc. potest exire de tacito consensu Episcopi, quia sufficit quod Episcopus sciat, & non contradicat. Si autem vult transire ad religionem extra diocesim, exigitur expressus consensus, Episcopi, vt no. glo. 8. q. i. c. placuit il. i. & 17. q. 2. c. 2. & hoc tenet hic Vincen. & Tan. In ead. glo. ibi, poterit ecclesia illa ordinari &c. Aduerte pro declaratione glo. quia potest esse dubium, an electus ad ecclesiam aliam possit electioni illi consentire absque licentia prelati primae eccl. Secundo, an possit transire absque licentia illius. Tertio, an si transeat poterit collator primae ecclesiae statim conferre, & quado.
- 9 f. Circa primum concludit, quod existens in primo beneficio potest eligi ad aliud, & electioni consentire, etiam sine licentia prelati quando est clericus secularis, quia non reperitur prohibitum, sed potius concessum, supra de elect. c. cum inter canones. & in religio. si eligatur in prelatum alterius monasterii recurrere debemus ad c. nullus. & ca. si religiosus. de elect. in 6. f. Circa secundum concludit, quod transire non potest sine licentia superioris, alias reuocari, possit, ut colligitur hic ex tex. & glo. & maxime ex ver. q. d. si fecerint. f. Circa tertium videtur, quod si beneficiati sint copassibilia, non possit primam conferre antequam priuatur illo. facit quod habetur in c. pe. & fin. infra de cle. non reu. Si autem essent beneficia incompassibilia, ut quia vtrunq. est curatum, tunc videtur quod primam vacat ipso iure, per id quod habetur, infra de preb. c. de multa. S. 1. sed Innoc. dicit hoc esse falsum, nisi transierit de licentia superioris secundum Inno. quod est notandum. uel nisi superior habeat ratum transitum. Nec ob. c. de multa. quia debet intelligi quando clericus transit de licentia superioris secundum Inno. quod est no. pro intellectu d. c. nam non vacabat prima ecclesia licet illa possit priuari per id quod habetur de cle. non reu. in c. pen. & si. intelligit q. ubi transit sine licentia, non vacabit prima ecclesia, salvo nisi expresse ratificetur transitus, vel tacite. Et intelligitur tacite ratificare, si intra sex mensium, ultra quod beneficium non debet uacare, vt in ca. 2. infra de concess. preb. prelatum non reuocauerit ipsum nec ei mouerit questionem. Et per predicta dicit Inno. q. si ad alios spectat electio, uel presentatio primae ecclesiae, & ad alium datio licentiae de cedendo, quod non poterit eligere, nec presentare aliquem ad ipsam primam ecclesiam habentem ius eligendi, uel presentandi in primo beneficio, nisi prius petat licentiam ab ipso, uel alio superiore, ad quem spectat dare licentiam transeundi. Nam si det licentiam, tunc videtur habere ratum transitum, ideo tunc censetur uacare, & per consequens postea poterit fieri electio, vel priuatio: si autem non petatur licentia ab ipso qui habet dare licentiam transeundi, tunc quia iterum non uacat ecclesia, non poterit fieri electio, uel priuatio, salvo nisi iuxta sex mensium, intra quos non reuocauerit ipse superior clericum, qui transiit sine eius licentia, quia tunc tacite videtur

ADDITIONES.

- a f. Auctoritate episcopi. Adde quod voluit Cal. consil. 2. de renun. & consil. 3.
- b f. Licentia petita. adde Ro. consil. 441.
- c f. Adde quod not. plene in apost. ad illum in c. cum d. l. c. in apost. uel. licentiam. nu. 2. supra de consue. fac. Reb. in li. quis. la. & in apost. post eum in prin. C. de decu. lib. 10. 2. c.
- d f. Admirationem. Vide tamen quod no. Card. post glo. in cle. de relig. & Alex. in consil. 71. in 4. parte. nam concludit, quod hospitale constructum sine auctoritate Episcopi, non dicitur plus nec religiosus locus, nec gau. det privilegio piorum locorum, non gaudet etiam beneficio rellig. in iure. secundum B. in auct. hoc ius parreclum. col. 2. C. de sac. fan. eccl. in Lorphano uophos in prin. & in fin. C. de epil. & cle. Seb. Sap.
- e f. Sine licentia prelati. Tu uide plene de hoc per Io. An. in c. ut lit. pen. in nouel. lib. 6. eundem in c. l. c. in fi. de pro. c. 10. lib. 2. Zac.
- f. Vel alio superiore. Adde an sit petenda licentia etiam a patrono, Cal. consil. 6. de renun. do. de Ro. dec. ubi. de. c. unciato. S. b. Sap.